



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Formula facultatis ingrediendi pro habitu eiusdem post sex menses.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

nem, eius quæ recepta est, nomen referatur in librum.

Quæ hoc modo recepta est, ei non nisi sex mensibus postquam recepta fuit, induendi Monialium vestitum facultas conceditur, nisi huiusmodi tempus iuxta aliqua de causa producat, aut contrahatur.

Cum verò dies ingrediendi Religionem instat, tunc ætatis Puellæ a Parocho ex libro Baptizatorum, si is reperitur, atque etiam susceptæ Confirmationis testimonium, tum denique instrumenti depositionis dotis, & aliorum, quæ Monasterio traduntur confecti exemplum autenticum Vicario exhibeatur.

Formula instrumenti depositionis dotis.

**I**N nomine Domini Amen & cæt. In meo & cæt. N. f. N. Portæ N. Parochiæ S. N. Mediolani spontè & cæt. pro dote spiritali, & ex causa dotis spiritalis N. eius filia in Monasterio Monialium S. N. Mediolanen. Deo concedente monacandæ deposuit, ac deponit realiter, & cum effectu libras tres mille, si in Ciuitate, aut bis mille, & quingentas si in Diocesi imper. pœnes N. fil. N. P. N. P. S. N. Mediolani, qui ibidem præsens, & personaliter constitutus dictas libras a dicto N. ibidem præsentè, dante, exburstante, & deponente realiter, & cum effectu in tanta bona moneta habuit, & recepit ibidem præsentialiter in puri, verum, & merum depositum, vt supra, ac ad se traxit, & promisit, ac promittit dictas pecunias nomine puri, & meri, & realis, ac veri depositi pœnes se retinere, & conseruare illasque RR. Monialibus dicti Monasterij, siue earum legitimo procur. soluere, dare, relaxare, & consignare statim postquã dicta N. professionem in dicto Monasterio emisit tacitè, siue expressè, vel saltem habita licentia professionem emittendi, & cuiusque & quacunque exceptione remota, suscipiens propterea in se omne periculum & cæt. obligando prout obligauit, & obligat se ipsum, & eius heredes, ac bona quæcunque in forma Cameræ Apostolicæ, ac depositi conuclau

fulis, & cautelis necessarijs, & opportunis, ac solitis, & consuetis, & ita iurauit tactis scripturis & cæt. & insuper dictus N. spontè vt supra conuenit, & promisit prout promittit dictis RR. Monialibus dicti Monasterij licèt absentibus me Notario publico infrascripto stipulante & cæt. durante nouitiatu dictæ N. videlicet donec, & quousque emisit professionem, soluere alimenta, & solitam duodenam, nec non dare, & tradere consueta vestimenta, & honorantias iuxta solitum, & vltèrius durante vita dictæ N. in eodem Monasterio soluere anno quolibet libras quinquaginta si in Ciuitate, triginta si Diocesi, imperiales liberè, & absque alia exceptione. Quæ omnia attendere, & obseruare, & rata, gratia, valida, & firma habere promisit & promittit, & non cõtrafacere &c. sub refectione omnium, & quorumcunque damnorum, expensarum, & interesse &c.

Pro quibus omnibus, & singulis præmissis, sic vt supra obseruandis & adimplendis, dictus N. se ipsum, suosque heredes, & successores quosque, ac sua, suorumque hæredum, & successorum bona omnia & singula, mobilia & immobilia, præsentia & futura vbilibet existentia in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, cum solitis clausulis & cæt. obligauit & cæt. & cuiusque appellationi & cæt. renunciauit, iurauitque tactis scripturis & cæt. Et de prædictis &c.

Omnibus vt supra confectis, examinatur secundo Puella eadem vt supra ratione; sed accuratius aliquanto, eiusque voluntate perspecta, facultas ingrediendi pro habitu a Vicario datur.

Formula facultatis ingrediendi pro habitu.

**C**oncediamo licentia a N. che possa entrare nel monasterio di N. per causa di riceuere l'habito religioso in esso; atteso che a ciò già è stata esaminata, approbata & admissa: auuertendo però, che si seruino i debiti ordini; & in particolare, che al Monasterio ella non sia accompagnata da